

teriores æquales, quadruplo longiores, carinatae, tuberculis prominulis, nec non pilis exasperatae ad nervum carinalem.

LEONTODON.

RAJI.

1. LEONTODON, foliis petiolatis lanceolatis runcinatisque, calycibus erectis.

Dens Leonis maritimus &c. *Raji Hist.*

In pratis sub-marinis omnibus, circa *Lattes & Perauls*, stagni vicinis mihi frequens occurrit.

De hoc solus, quod sciam, verba facit *Rajus*.

Radix perennis, digito auriculari crassior, palmum longa, ramosa. Folia glauca glaberrima varia; alia siquidem lanceolata integerrima petiolata, ferè ut in *Alismate plantagine*; aut interdum cordato-fagittata; alia fagitrato-pinnatifida: sed lobis integerrimis, opposito-coalitis, rarius alternis, neque minoribus lobulis intermixtis (instar *Leont. Taraxaci*). Scapus ex eadem radice 1-6., palmaris, glaberrimus, glaucus, basi non raro purpurascens, crassiorque, sensim ad usque calycem attenuatus. Calyx ovatus, constans squamis exterioribus latioribus arcuè appressis (non autem reflexo-patulis) margine pilosis. Corollæ luteæ, extus purpurascens.

OBSERVATIO. Neque *Leont. taraxaco* istam sociare, etiamsi *Clariff. Linnæus* monuerit in litteris; mihi etiam assentitur *Clariff. Seguierus*, qui plantam vivam vidit.

2. LEONTODON, scapo lævi, pedunculis tumidis squamosis, calycibus villosis, foliis ovato-lanceolatis petiolatis sub-integerrimis. Tab. XXII. Fig. 1. & 2. PYRENAICUM.

An taraxacoides glabra minor spathulæ folio integro aut dentato, flore majore. *Vaill.* Nomen optimum, etiamsi flores parvi sint.

Sequentia dubiè propono Synonyma, utpotè minùs congrua:

1.) Dens Leonis alpinus pumilus pilosellæ folio? *Tournef.* 469. Ob foliola quandoque villosa. Tab. XXII. Fig. 2.

*Hieracium pumilum secundum. Col. 2. pag. 30.*

*Hieracium alpinum pumilum, folio lanuginoso. Bauh. pin. 129.*

*Pilosella alpina languinosa minima. Moriff. Sect. 7. Tab. 7. Fig. 5. Non incommoda.*

*Pilosella monoclonos non repens alpina minor lanuginosa, amplo flore aureo. Ejusd. pag. 78. n. 5.*

2.) An Dens Leonis alpinus minimus glaber. *Tournef.* 469.?

3.) An Dens Leonis montanus angustifolius. *Tournef.* 469.?


In summo Vallis *Eynes* cacumine; & ad stagnum montis *Laurenti* copiosè crescit.

Radix præmorsa, obliqua, napiformis, fibris stipata, crassitie pennulæ gallinacæ, vix semi-unciam longa. Folia radicalia omnia, 5-9., petiolata, varia; lanceolato-oblonga, ovata spathulataque, glaberrima, aut pilis raris adpersa; sæpiùs integerrima, quandoque denticulata; rariùs eroso-pinnatifida: Lobulis tantum uno alterove; idque bis in sexcentis Speciminibus observavi. Petioli unciales, biuncialesve, filiformes, glaberrimi, non raro colorati. Foliorum ipsamet bractea modo uncialis, sesquiuncialis, vix uncia quartam partem exsuperans. Scapus variæ magnitudinis, biuncialis & palmaris, lævissimus, acicularis, basi purpurascens, nudus, medio tectus squamis 1-6. minimis ligulatis acutis, lineam longis, vix lineæ sextam partem latis alternis, ad pedunculi apicem confertioribus, instar *Leont. autumnalis*. Apex pedunculi (seu infra calycem) incrassatus, seu obversè-conicus, pilosus. Calyx ante anthesin cylindricus, nutans, dein erectus, pilis nigrioribus mollibus adpersus. Squamæ ovato-subulatae acutæ imbricatæ undique pilosæ. Petala omninò lutea. Pappus longitudine calycis plumosus sessilis. Semina subcylindrica, ad lentem vitream angulata apparent. Fig. A.

NOTA. *Clariff. Viris Linnæo, Jussæo, Seguieroque*, quibuscum communicavi, nova visa fuit Species. Similem tamen habui ex *Hallero*, pro varietate hieracii sui (Edit. 2. pag. 21. Num. 49.) quod est hieracium alpinum Linnæi; alias pro *Taraxaco Halleri* (Edit. 2. pag. 741. Num. 5.) etiam ab *Allionio* pro *Taraxaco Halleri* (Edit. 1. pag. 740. Num. 2.); & pro *Taraxaco altero Halleri* (Rov. Num. 962. & Num. 963.) - - -

In hac Synonymorum turba sequentia tradere necessum puto:

1.) Differt ab omnibus Linnæanis Speciebus; excepto solo *Leont. autumnale* (cui simillimum est) pedunculis valdè tumens ac squamosis.



2.) Minimè vituperandi *Hallerus* atque *Allionius*, qui pro hieracii *alpini* varietate mecum communicaverant; in Speciminibus plurimis siquidem obfero folia brevia ovato-acuta vix petiolata, adeoque Iconibus *Columnæ* & *Moriffoni* fimillima, ut & noſtram, & hieracii *alpini* varietatem (ut ovum ovum) formâ facieque referant. Hinc ego quoquè dubius Synonymiam *Moriffoni* ſub hac Specie propoſui, quàm Clariff. *Linnaeus* rectè etiam, atque Clariff. *Hallerus*, hieracio *alpino* apponunt.

3.) Synonyma *Columnæ*, *Moriffoni*, *Baubini*, ac primum *Tournefortii*, nullo modo ſejungenda ſunt; utpote ad eandem unamque Speciem pertinent, ex fide Auctorum. Ex ſecundo *Tournefortii* Synonymo, eſſet *Leontod. aurum* *Linnaei*; quædam Specimina non repugnant; ob folia erôſa. Fig. B. Ex ultima tandem *Tournefortii* Synonymia, *Leont. biſpidi* haberetur varietas; aſt ab his toto cælo differt.

Hi ergo, qui *Moriffoni*, *Baubinorum*, *Columnæ*, *Tournefortii* Herbaria præ manibus habent, lites componant, videantque, aùm rectiùs ad noſtram, hieraciumve *alpinum* *Linnaei*, eorum amandanda ſint Synonyma.

## AUTUMNALE.

3. LEONTODON, ſcapo ramoſo, pedunculis ſquamofis, foliis lanceolatis glâbris, haſtato-pinnatifidis. *Linnaei* Sp. 1123. cum Synonymis.

Picris caule nudo brachiato, foliis glâbris ſemi-pinnatis. *Hall.* Edit. 2. Num. 28.

NOTA. Pyrenæis, ad paſcua decliviora, circa urbem *Mont-Louis*, varietatem vidi admodum ludentem, foliis uno alterove dente tantum inſtructis; ſcapo ſimpliciſſimo unifloro; videoque huc amandari poſſe ſequentia Synonyma:

Hieracium nigrum. *Tabern.* Hiſt. 181.

Hieracium, foliis radicalibus erectis linearibus dentatis longiſſimis inflexis. *Reyger.* Fl. ged. 193.

Hieracium, foliis coronopi. *Baub. pin.* 128. *Hall. jen.* 199.

## HIERACIUM.

NOTA. Nullum fanè genus emendationes aded expoſtulat, ipſis fatentibus *Celeb. Viris*. Hinc *Dubia* à Clariff. *Linnaeo* propoſita præprimis (ad Sp. *Crepidiſis* 22. *Syſt. nat.*) pro viribus ſolvam:

## SYLVATICUM.

1. HIERACIUM, caule ramoſo folioſo, foliis radicalibus ovatis acutis petiolatis, caulinis ſeſſilibus pedunculis multifloris.

Hieracium, caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis, caulino minori. *Linnaei* Sp. 1128.  $\beta$ .

$\alpha$ . Pulmonaria gallica fœmina. *Tabern.* Ic. 504. Bona, quoad habitum certè.

Pulmonaria gallorum flore hieracii, auricula muris major, Tragi. *Lob.* Ic. 587. Icon mediocris.

Pilofellæ majoris ſive pulmonariæ luteæ ſpecies anguſtifolia. *Baub.* Hiſt. 2. 1034. Icon rudior.

Hieracium; *Halleri*, Edit. 2. pag. 19. Num. 46. Varietas  $\delta$ ; quæ foliis numeroſioribus confertioribus longioribus vix dentatis.

$\beta$ . Caule aphyllò, aut monophyllo, à *Plukenetio* perbellè expreſſum, quod

Hieracium piloſiſſimum parvo flore non ramoſum. *Pluk.* App. altera. Tab. CXCIV. Fig. 3.

$\gamma$ . Foliis interdum glaberrimis cordatis vel ovatis, caule vix palmari, brachiato; ſeu

Pulmonaria gallica rotundifolia. *Barr.* Ic. 342. *Hall.* pag. 47. Varietas E.

NOTA. Hanc Clariff. *Viri*, *Hallerus* atque *Linnaeus*, pro Hieracii *murorum* varietate habuerunt; forſau ex varietatibus  $\beta$ ,  $\gamma$ . Ego autem (cui triplex varietas,  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ , in eodem loco ſimul, ad paſcua circa *Campeſtre* ſefe obtulit, viâ, quæ ducit ad pagum *Viſſec*) ab Hieracio *murorum* ſeparare auſus ſum, quod diverſiſſima Species viſa fuit; utque patebit ex ſequentibus; ac cuilibet Icones Deſcriptioneſque Auctorum conferenti.

Caulis huic ( $\alpha$ ) omninò folioſus, hirsutie albus. Folia radicalia, in petiolum attenuata, ac decurrentia ferè, inſtructa denticulis paucis, minimis; non ergò manifeſtè petiolata. Petioli vcidè dilatati colorati, baſi præprimis piloſo-albi. Folia caulina 1-12., ovata denticulata acuta, ad margines nervumque ſolummodò piloſa, pro more radicalium ciliata, vix ſemi-amplexicaulia. Pedunculi ſolitarii axillares alterni, 1-9; ſinguli triflori, quinqueſtorive. Pedicelli proprii uniflori, tecti ſquamulis ſubulatis, 1-6, laxis, inſtar *Leont. autumnalis*; *hypochæridis* &c. pube incani; calyces ſub-cylindrici etiam pube incani, neque hirsuti.

## PALUDOSUM.

2. HIERACIUM, caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glâbris, calycibus hiſpidis. *Linnaei* Sp. 1129.

$\alpha$ . Caule ſimpliciſſimo, ſub-unifloro, pyrenæis vidi.

Hieracium montanum jaceæ integro folio. *Bocc. muſ.* Tab. 54. *Benè.*

$\beta$ . Caule folioſo ramoſo multifloro, foliis integerrimis



FIG. 3.

HIERACIUM Prunellæ folium.



FIG. 4.

HIERACIUM Cerinthoides.



FIG. 2.

FIG. 1.

LEONTODON pyrenaicum.

